



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XLIV. Herzog Barnim von Pommern tritt dem Markgrafen Johann von
Brandenburg für das Land Wolgast das Ukerland ab und bekennt, daß er
nebst dem Herzoge Wartislav seine sämtlichen Länder von dem ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

XLIV. Herzog Barnim von Hinterpommern tritt dem Markgrafen Johann von Brandenburg für das Land Wolgast das Uferland ab und bekennet, daß er nebst dem Herzoge Wartislaw seine sämtlichen Länder von dem Markgrafen zu Lehn trage, selbigem auch zu dienen verpflichtet sey, im Jahre 1250.

Nos barnim, dei gratia dux flauorum, recognoscimus et presentibus protestamur, quod cum nos castrum et terram wolgast, que ad filios domini nostri Johannis, marchionis Brandeburgensis, iure fuerant hereditario deuoluta, contra iustitiam occupassemus, et detineremus indebite occupata, ac proinde utriusque domini nostri gratia careremus, nos, cum amicis et fidelibus nostris ad ipsorum presentiam accedentes, placitauius, eorundem obtinentes gratiam, in hac forma, quod nos ipsis dominis nostris marchionibus, pro recompensatione castri et terre wolgast, terram, que vkerá dicitur, cum decimis et omnibus attinentiis, quas nos habuimus in eadem, liberaliter dimisimus usque ad terminos inferiorius annotatos, a flumine videlicet, quod wilfna dicitur, usque per medium paludis, qui dicitur randowa, a medio randowe usque per medium fluminis, quod dicitur lokeniza, a medio lokeniza usque ad flumen, quod dicitur vkerá, a flumine isto per directum ex transposito usque in flumen, quod dicitur zarowa. Quidquid autem dominus caminensis episcopus in predicta terra vkerensi iuris hactenus habuit, non dimisimus dominis marchionibus antedictis. Nos autem, recognoscentes nos omnia bona nostra a dictis marchionibus feodaliter tenere, castrum et terram wolgast et insuper omnia bona nostra, una cum consanguineo nostro domino warlao, manu coniuncta recepimus ab eisdem. Nos etiam ipsis marchionibus contra quoslibet seruitii nostri prestabimus auxilium, ubi saluo honore ipsis obsequia poterimus exhibere. Vt autem hec premissa inuiolabiliter obseruemus etc. Datum apud landin, anno domini M^o. CC^o. L^{mo}.

Nach dem Copialbuche des K. Geh. Cabinets-Archives C. 4. in quarto, Blatt 55. — Abdrücke in Gercken's Cod. dipl. Brand. T. I, p. 242 und in von Dreger's Cod. dipl. Pom. I, 324. 325.

XLV. Papst Innocenz IV. fordert den Markgrafen von Brandenburg auf, zur Erhebung des Königs Wilhelm zum Kaiser, Beistand zu leisten, am 19. Februar 1251.

Innocentius — Marchioni Brandeburgensi. Fidelium mater Ecclesia dudum in uotum habuit, quod inter nobiles et sublimales personas etc., quia quondam persecutor Ecclesie Fredericus metuendus tibi sicut et multis aliis occurrebat. Quia uero diuina prouidentia faciente, ipso sublato de medio, plena undique libertas occurrit, ut quod olim in mente latuit deuotorum, nunc ad honorem Dei et Ecclesie per effectum operum elucescat, nobilitatem tuam omni, qua possumus, affectione rogamus, in remissione tibi peccaminum iniungentes, quatinus duce salutis angelo, te ducem egregium et famosum, ad illa dirigens, per que sancta mater ecclesia gaudii plenitudine perfundatur, carissimo in christo filio nostro W., illustri Regi Romanorum, sublimando in proximo ad fastigium Imperialis honoris, in quem liberaliter et